

61. Adolfo di Nassau, arcivescovo di Magonza, a Ernesto I di Schaumburg, vescovo di Hildesheim.¹

Magonza, 31 gennaio 1464.

... Recepimus paucis effluxis diebus certas literas apostolicas a sanctissimo dom. nostro Pio papa secundo ex parte generalis defensionis catholice fidei contra infideles et fidei christiane persecutores perfidos Turcos emanatas nobis per certos s. sedis nobiles ambaciatores et nuncios praesentatas. In quibus eadem sedes nos requirit, quatenus illarum copiam una cum brevibus e[iusdem] s[ue] s[an]c[t]itatis] et nostris exhortacionibus suffraganeis ecclesie nostre transmittere studeamus. Verum quia nos tamquam catholicus princeps sancte Romane ecclesie et apostolicis preceptis, presertim hiis que ad sacrosancte catholice fidei suffragium et defensionem procedere sperantur prompto affectu merito obedientes meritoque inclinati [sumus], iuxta commissionem prefati sanctissimi domini nostri vobis transmittimus earundem apostolicarum literarum copias auscultatas una cum brevi nobis ascripto. Rogamus atque hortamur dilectionem vestram singulari cum diligencia, quatinus iuxta monita apostolica et ipsarum literarum continenciam orthodoxe religionis zelo vos benivolentem exhibeatis. Illa eciam a nobis sincero animo placet intelligere. . . .

Cop. alla Biblioteca del Duomo di Treviri. *Cod.* 33, f. 1-1.

61^a. Papa Pio II a Fabiano Benci, inviato pontificio a Genova.²

Acquapendente, 11 febbraio 1464.

Pius P. II. Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Literas tuas apud Aquam pendentem accepimus ex Genua Romam: ex Roma ad nos directas. In quibus asseris te bene sperare de classe Genuensi quam et magnam et solidam et in tempore prestituto paratam fore confidis, si modo que novitates emergerunt non afferant impedimentum. Ais quoque magistratus Genuenses certiores fieri velle de rebus orientalibus, que quondam sue fuerunt, et postea perditae sunt si bello quod apparamus recuperentur, an eis restituende sint. Ad hec respondebamus alias dignum nobis videri ut populo Genuensi sua iura serventur atque ad id nos operam navaturos. Nunc idem affirmamus. Verum quia certius aliquid et magis specificum a nobis exigitur, inquirere te volumus quenam sint illa loca que Genuenses ad se spectare dicunt et recuperare desiderant, ut super certis certa

¹ V. sopra p. 246.

² Cfr. sopra p. 253. Su Fab. Benci di Montepulciano v. *Istoria di S. Agnese di Montepulciano*, Siena 1779, 127 s.